amici & pro[illegible] salute dnm supplicant; sic nimirum
sic in spiritu aegri necesse ē cum ratione geratur · ut si quis
humana industria ad auditū confessionemq; ueritatis
conuerti n̄ potest · diuinae pietatis offeratur aspectibus ·
atq; ad sanandū eū supernae manus flagitetur auxilium;
Nec tardat caelestis misericordia medici · si intenta precan
tū non hesitat · Nec deficit oratio; Unde statim subin
fertur; adprehendens aegrotū ihs de turba seorsū · mi
sit digitos suos in auriculas · & expuens tetigit linguā ei ·
Digitos quippe surdo in auriculas ut audiat mittit ·
cū per dona gratiae spiritalis · Diu non credentes ad auditū
sui uerbi conuertit · Expuens linguā muti ut loqui ualeat
tangit · cū per mysteriū praedicationis rationē fidei quam
confiteri debeat prestat · Per digitos namq; dnī · sps sci dona
significantur & ipse docet · Sputū quoq; capitis & oris dnī uer
bū est euuangelii quod ex inuisibili diuinitatis archano ·
sputū uisibiliter mundo ut sic natura possit ministrare dig
natus ē · Notandū sane quod dns priusquā auriculas
linguamq; sanandi tangeret aegroti · adprehendens eū
seorsum duxit de turba · prima namq; salutis spes est
quamlibet adsuetos uitiorum tumultus turbasq; deserere ·
& sic ad suscipienda sanitatis munera · humiliter caput
inclinare · Neq; ulla ratione saluari posse putandus est ·
quamdiu quis inordinatis moribus adherere · supuac